Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

petitionem hanc et da fa
mule tue gratiam. ut si
quis memoraverit nominis
tui et nominis famule tue
facias memoriam dierum
martyrii mei. Domine ne
memineris peccatorum eorum
in die iudicii et propiciare
peccatis eorum. Tu enim no
sti domine quia caro sumus.
Et dicente ea amen. facta
est vox domini ad eam dicens.
Veni pulcherrima mea
athleta requiesce in cu
bilibus patris mei qui est
in celis. De quo autem in po
stulasti donatum est tibi a
me. Et hec martyr Christi
Dicens. venit ad locum supradic
tum. et illic finitum est eius
preciosum martirium. a suo pa
tre decollata est. et completum
est martirium eius in bona con
fessione cum sancta iuliana
in eodem loco. Descenden
te vero patre eius a monte. ignis
cecidit de celo et combussit
eum ita ut nec pulvis
eius inveniretur.
Finita est autem sancta mar
tir Christi Barbara cum sancta iu
liana quarta die mense
decembris. Valentinus vero quo
dam vir venerabilis pete
ret veneranda corpora sanctarum
martirum. et reposuit in loco
solis in habitaculum modicum.
In quo et sanationes pluri
me celebrantur in gloriam
omnipotenti deo. Martirizata
est martir Christi barbara.
imperante maximiano au
gusto et preside marciano
apud nos regnante domino
deo atque salvatore nostro Ihesu
Christo. cui est honor et gloria in
secula seculorum amen.

De Conceptione sancte Marie virginis.

CONCEP
tio intemerate virgi
nis Marie matris domini